

Author: Doni, Giovanni Battista

Title: Ioannes Baptista Donius Fratri Marino Mersenno Salutem

Editor: Massimo Redaelli

Source: Florence, Biblioteca Marucelliana, MS A.290, f.<1r>-<1v>

[<f.1r>-] Ioannes Baptista Donius Fratri Marino Mersenno Salutem

[35. in marg.]

Narro tibi uir religiosissime: Nullum mihi maiorem fructum [[ext]] ex tot meis peregrinationibus consequutus uideor, quam [[noct]] eruditionum primis ordinis notitiam, quorum in amicitiam ac familiaritatem ut potui me insinuauit, tam cupide atque ardentem ut cum alij uarias ob causas [longiquas add. supra lin.] terras ac maria sibi adeunda putent, ego ob [[han]] id solum quod dixi [[neque]] nullis laboribus ac uiarum difficultatibus retardatus quantumuis remotissimas oras si mei arbitrij esset circumlustrare non recusem. Nam per Deum Immortalem si magni alicuius [ueteris add. supra lin.] scriptoris effigiem ac uultum quouis modo uel in gemma uel in marmore impressum, tanta cum uoluptate cernimus et contrectamus, [[quo tandem gaudio]] quo tandem [[studio]] gaudio non mutas atque otiosas imagines sed uiuos [[ipsos]] omni doctrinae laude excedentes contueri atque amplexari debemus? [[Inter omnes uero quos postrema mea in Gallias per<agata>]] [[Inter omnes uero quos per relationem [postremi mei add. supra lin.] itineris Gallicani (quod in familia Eminentissimj)] Caeterum ultima mea in Gallias profectio (quod [[obiui]] in familia Eminentissimi [[Princip]] Legati Sedis Apostolicae septem abhinc annis obiui) complures [[fateor]] eruditissimos uiros [[<>]] antea mihi ex fama tantum atque operibus notos libentissime agnoui, eorumque suauissimis colloquijs recreatus sum: immo non uulgarem amicitiam cum nonnullis [[iniui]] contraxi. [[Hos inter Vnum]] Te uero in primis [[et]] ac potissimis [[duco]] peculiari quodam amore atque affectu prosequor Religiose uir, non [[ob i]] modo ob istam multijugam eruditionem qua singulariter excellis sed [ob add. supra lin.] egregium tuum animi candorem et uere christianam probitatem, cum summa morum facilitate coniunctam quae non praesentes tantum [[ad communitio]] ad communionem studiorum [[in]] allicuit sed absentes quoque ad uenerationem [[atque amorem t]] et caritatem tui quotquot musarum sacris delectantur uehementer inuitat. [[Deni]] Quis enim diuites illos tuos commentarios in manus sumit, quin uberrimos omnigenae doctrinae thesauros [[obstupescat;]] [ita miretur corr supra lin.] [[quin characterem scribendi simplicem ac sine fuce ac procul ab omni sophistorum fastu [-<f.1v>-] admet; quin docentis scopum (ut pium ac religiosum decet) non ostentandae eruditionis sed <>]] ut non statim scribentis genum ac docendi scopum procul ab omni sophistico fastu positu<m> [[sed in sola i<m>]] non agnoscat. Nec enim scribis (quod plerique hodie faciunt) ut te quam multa scire intelligamus sed ut quam plurimi, [[sciendi multo]] per te scire multa possint: neque ita quae docens instruis ut admirationem potius tui conculcent quam proficiendi facultatem praesentent. Denique tu solus [[es]] mihi [pene add. supra lin.] uideris in Musarum sacris non mystae solum sed epoptae quoque uocabulum ac dignationem emeruisse quotus enim est qui cum absoluto [illo add. supra lin.] liberalium artium circulo rei musicae talem tantamque peritiam adeptus fuerit: Te igitur iure optimo aetate nostra [mousikotaton] dicere possumus quandoquidem omnes illas musicae species Mundanam, (inquam) Vocalem (atque huius quidem utramque partem theoreticam ac practicam) Organicam, ac Poeticam et si quae alia est non summis tantum labris degustasti sed penitus atque accurate perdidicisti. Satis id docent cum optimus ille in prima Genesis capita commentarius, tum ex sexdecim ijs libros quos ingenti molimine [a te compositos supra lin.] de harmonia uniuersali inscribis, priores duo iam editi ([, ante corr.] quos ad me missos summa cum uoluptate peruolutaui): nam cum optimo consilio omnium sexdecim synopsis ijs apposueris facile ostendis, nihil quod ad musicam quoquo modo pertineat, te omissurum. Itaque te uehementer hortor ut eos quam primum publici iuris facias et cupiditatem [ton philomouson] [[mi]] qui mirifice hoc [syntagma] expectant explere ne cuncteris